Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

Isidorus, Etymologiae (l.vii.27)

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

Sepe idem pro positiuo positus · minus sig-
nificat · & nulli conparatur · Ut ē iam se-
nior · Sed cruda deo uiridisq; senectus ·
Sunt nomina significatione diminu-
tiua · intell&tu principalia · Ut grandi-
usculus · maiusculus · Conparatiuo &
suplatiuo tantum minus · minime · magis
maxime · adicimus post&; adicit& ur
positiuo tantum · dicimus enim bonus · tamen ma-
lus · minus bonus · minus malus · minime bo-
nus · minime malus · magis bonus · magis
malus · maxime bonus · maxime malus ·
Conparatiuus gradus ablatiuo casui
iungitur · ut nusq; numero; Sed tunc
hoc utimur · cum aliquem alieno uel suo
generi · Ut hector fortior diomede ·
Dicimus autem & fortior hic · quam ille ē ·
Suplatiuus autem genitiuo tantum plurali
iungitur · Sed tunc hoc utimur cum
aliquem suo generi conparemur · ut
hector fortissimus troianorum fuit · Ple-
rumq; suplatiuus gradus pro positiuo po-
nitur · & nulli conparatur · Ut iuppiter
maximus optimus · Interdum conparatiuus
nominatiuo iungitur · Ut doctior hic
quam ille · Secunda pars nominis

CONPARATIO ·

Conparatio dicitur · quia & alterius
conparatione alterum praefert ·
Cuius gradus tres · positiuus · conparati-
uus · & suplatiuus · Positiuus dicitur
quia primus ponitur in conparationis
gradus · ut doctus · Conparatiuus
ab eo · quod conparatur positiuo · praefer-
tur illi · ut doctior · plus enim nouit
quam doctus · Suplatiuus eo quod con-
paratiuo superfertur · Ut doctissimus
plus enim scit quam doctior ;

DE CONPARATIONE ·

Conparationes · III · sunt · Quae aug-
mentum faciunt · iste diues ē · Sed alius
plus illo dicior · Ille satis super habet
ditissimus ē; Unde quaeritur utrum possit
conparatio minuere · ostendit & uidetur
quasi posse · Nam dicimus pauper pauperior
pauperrimus; Sed non potest fieri · Nam ista di-
minutio infelicitatis augmentum ē · Ideo
non potest fieri ut minuat conparatio ·
Conparationis gradus sunt · III · po-
sitiuus · conparatiuus · suplatiuus ;
Positiuus omnia genera recipit; Masculini
doctus; feminini docta; neutri doctum; ex com-
muni ut docilis; Ex tribus quoque generibus · ut felix ;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg